



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Sexta synodus Co[n]stantinopolitana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Quinta synodus Constantinopolitana.

que cum ipso tenebat, hinc est quod non solum ab episcopatu trapezuntino cecidit memoriatus Anthymus, sed ab omni pontificali dignitate, & efficacia cu[m] separatus sit ab omni corpe sanctissimae ecclesiae. Cumq[ue] Catholicam appellatam priuatam sit ad illius incorrigibilem errorem adaptare possumus prophetam Osee. Quoniam repulisti sciam, & ego te repellam ne fungaris mihi sacerdotio. Haec in regia vrbe gesta cum clare se habeat, & nos videntes oia canonice & recte venisse super Anthymum vocationem ordinem laudauimus, & clementiam hinc sibi benigne superuenientem, reprehendimusq[ue] perniciosem insistentiam Anthymi consentientiam sumus his que bene formata sunt ab ipso sancte memoriae Agapito, & his quae diffinita sunt a Mina sanctissimo patriarcha regiae vrbis, & ab ipsius venerabilissima synodo congregata, sequentesq[ue] de his confirmatione diuinam, ac Imperialis legis admisimus depositionem Anthymi, tanq[ue] qui a principio p[er] sacros canones intrusit se in pontificalem sedem regiae vrbis, & nouissimam p[ro]bavit demonstratione sue heresis, & immutabilis opiniois, vt in ipso impleat diuina scriptura q[ui] dicit. In diebus redargutis in tribubus Israhel ostendit[ur] fidelia, facti sunt principes Iuda tanq[ue] transponentes terminos, super ipsos effundit[ur] tanq[ue] aqua impetu meum. Et rursus alia scriptura. Ode runt in portis redargente, & sermonem sanctum abominatisunt. His itaq[ue] diffinimus hunc alienum omni pontificali dignitate, & operatam ipsa Catholica appellatam. Sicut enim nulla coniunctio est tenebris ad lucem, ita non conuenit sacra mysteria sordidari a viris qui sincere non colunt dominum Christum verum deum.

### Q V B S C R I P T I O N E S .

Petrus ep[iscopus] Hierosolymoz diffiniuit et sub.  
Helias ep[iscopus] celarie diffiniuit et sub.  
Theodosius ep[iscopus] Sevthopolitanus defi. et sub sig.  
Johannes ep[iscopus] tyberiad[ensis] defi. et sub.  
Stephanus ep[iscopus] Sariph[ensis] defi. et sub.  
Anastasius ep[iscopus] Babozimm defi. et sub.  
Epiphanius ep[iscopus] Raphia defi. et sub.  
Helyas ep[iscopus] Joppe defi. et sub.  
Johannes ep[iscopus] Augustopolitanus defi. et sub.  
Aeolstratus ep[iscopus] Abyle defi. et sub.  
Lazarus ep[iscopus] Arotanias defi. et sub.  
Leontius ep[iscopus] Soluzensis defi. et sub.  
Stephanus ep[iscopus] Ardoum defi. et sub.  
Anastasius ep[iscopus] Eleutheriopolitanus defi. et sub.  
Gregorius ep[iscopus] Hierichentenus defi. ac sub.  
Helyas ep[iscopus] Aripitanus defi. et sub.  
Theodistus ministrus diaconus notarii scriptor[um] et ep[iscopus] Helie f.  
Pro ipso iuxta sua mandata in scriptis data  
Johannes ep[iscopus] Posdonus defi. et sub.  
Demetrius ep[iscopus] Larthianus defi. et sub.  
Stephanus ep[iscopus] Denytanus defi. et sub.  
Sacharias ep[iscopus] Palleonius defi. et sub.  
Danielius ep[iscopus] Gittianus defi. et sub.  
Anastasius ep[iscopus] Jotabie defi. et sub.  
Zenobius ep[iscopus] Elusinus defi. et sub.  
Martianus ep[iscopus] Gazamus defi. et sub.  
Theodorus ep[iscopus] Petroum defi. et sub.  
Zenobius ep[iscopus] Nicopolitanus defi. et sub.  
Araxius ep[iscopus] Gardaranus defi. et sub.  
Procopius ep[iscopus] Eratolitanus defi. et sub.  
Dominicus ep[iscopus] Diocesanensis defi. et sub.  
Bachus ep[iscopus] Bachanorum defi. et sub.  
Dionysius ep[iscopus] Astalamus defi. et sub.  
Johannes ep[iscopus] Femenitis defi. et sub.  
Dacharius ep[iscopus] Arnidatorum defi. et sub.  
Basilus ep[iscopus] Sycomazanus defi. et sub.  
Johannes ep[iscopus] Boeote ciuitatis defi. et sub.  
Petrus ep[iscopus] Parembolanus defi. et sub.  
Zacharias ep[iscopus] Libitanus defi. et sub.  
Dominus ep[iscopus] Maximianopolitanus defi. et sub.  
Pelagius ep[iscopus] Seuastensis defi. et sub.  
Stephanus ep[iscopus] Jamnitanus defi. et sub.  
Parthenius ep[iscopus] Epalamis defi. et sub.  
Theodorus ep[iscopus] Scripti pro isto eo quo ipse infirmare.  
theodorus ep[iscopus] Bargadarorum defi. et sub.  
Paulus ep[iscopus] Eilanis defi. et sub.  
Theodorus ep[iscopus] Ipteronium defi. et sub.  
theodosius ep[iscopus] Lapertonensis defi. et sub.  
Dionysius ep[iscopus] Amathuntius defi. et sub.  
Dorotheus ep[iscopus] Authedonensis definiuit et sub sig.

### PRACTICA SANCTAE QVINTAE SYNO

di Constantina que Latinos comperta est in antiquis codicibus, hic finem habet.

**S**IN HOC CORPORE  
RE CONTINETVR SANTA SEXTA SY-  
nodus que in urbem Cōstantinopolim cōgregata est sub tribus dñi Cō-  
stantini p[re]fissimi Augusti, & Agathonis sanctissimi ac  
beatissimi papa antiquae vrbis Romae.

¶ Dualis sacra directa ad Domini sanctissimum papam senioris Romae, contradita vero Agathoni  
sanctissimo ac beatissimo papae eiusdem antiquae Romae, eo q[ui] idē Dōnus de p[re]fite vita deceperat.

### SUPERSCRIPTIO SACRAE.

**B**N NOMINE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI IE-  
su Chri, Imperator Flavius Cōstantinus fidelis, magnus Imperator, sacra Dōno  
sanctissimo ac beatissimo archiep[iscopo] antiquae nostra Romae, & vniuersali papae  
Data pridie Idus Augustas Cōstantinopoli, indictione sexta.  
¶ Per oia nouit vestra paterna beatitudo, & plures vestre sancte ecclesiae anti-  
que

# Actio prima.

Fo. XXXVII.

qua Romæ, qæ ex quæ iussit deus principaliter nos imperare, dū voluissent multotiens quidam motione facere de verbis, de quibus est cōtentio pro dogmate pietatis inter partes tā sancte ve stræ ecclesiæ, quāmq; huius sanctæ magnæ dei ecclesiæ vt ambigeret, & hoc prohibuimus fieri tpe nō admittente, cognoscentes q; ex particulari cōtentio nō solū vnitas, fieri nō posset, sed magis malū accrefceret. Et licet aio doloreremus vltra a omnē dolore, tā pro exprobratione q; nobis ob hoc ab inimicis inferebat, & ppter ipsam veritatē, qd pōtifices scdm vos, & orthodoxus nī pp̄lus, ppter quædā nouitates vocū, in schisma incidisset, exultatioq; ex hoc fieret impijs & hæreticis. Attamē deo nō cōmisiimus ipso, p nobis potiora puidēte, & dū eius benignitas iusserit correctiōnem huius rei fieri, tūc nobis cōdonare opportunitatē tpis ad generalē collectiōnē facienda vtracq; sediū, qtenus cōsideratib; eis definitiōes sanctar; qnq; synodor; & cōditōes sanctor; pbabiliū patr; satisfaceret sibimetipis, & cōueniret in uno ore vnoq; corde ad glorificandū honorificū nomē dei nři. Sed qm sic ut hoīes cogitamus, sicut at iubet deus oīa pfect. Ipse em̄ nouit futura, & quæq; nobis expediūt, sic ei placitū est, vt ad effectū pducatur. Cognoscere facimus vestrā paternā beatitudinē, q; dū ordinatus eslet Theodorus sancti, & beatissimus patriarcha à deo cōseruādæ huius nřae regiæ vrbis suggestis nřae se renitati suspectū se esse dirigere cōsueta synodica ad vestrā paternā beatitudinē, ne forsan nō recipiant, sicut & sub p̄decētōrib; eius patriarchis factū est, sed q; magis puidit adhortatoria c̄plam facere ad vestrā paternā beatitudinē quā & direxit, eius per oīa Scientiā habet vestrā paterna beatitudo, & nō puidimus p præsentē nostrā piā sacrā de hm̄oi ep̄la vti multilo quio, sed posteaq; directa est eadē ep̄la ad vestrā paternā beatitudinē, interrogauimus eundē sancti, & beatissimiū patriarchā, & Macariū sanctissimiū patriarchā ciuitatis Theopolitanæ, quæna esset difficultas quæ, puenerat inter vestrā paternā beatitudinē, seu vestrā apostolicā sedē, & ipsos. Olim oībus explētis quæq; sunt de immaculata nřa & incōmutabili christiano rū fide tā per doctrinā sanctor; apostolor; quæq; per diffinitiōes sanctar; quinq; synodorū & doctrinā sanctor; ac pbabiliū patr; & oībus hæresib; iā manifestatis atq; cōdemnatis, & nullo deinceps remanente mō quo possit diuisio, aut schisma sanctæ & immaculatæ nřae fidei inferri. Et satisficerunt nobis ijdē ipsi sanctissimiū patriarchæ q; verba quædā nouitatis intrōmissa sunt aliquibus quidē ex imperitia hæc introducētibus. Aliquis vero incōgrue scrūtantibus incōprehensibilia opera dei, & q; ex quo hæc verba moueri c̄perūt, & vñq; hac tenus vtracq; sedes inter se minime cōuenērunt, vt inquirent sibimet satisfacerent, p veritatem. Propter viles igit̄ inquistiōes nō sit infinita cōtentio, ne nobis insultent pagani & heretici, ne q; in nobis vñq; quaq; locū accipiāt semina aduersarij. Cadēs nāq; ab hūano genere qd ei seruiebat, & cōfulus p apparitiōem dñi nři Iesu Christi veri dei nři etiā in his cōfunderet per stu diū vestrā paternā beatitudinis, & secundū qd scriptū ē, deponentib; nobis omnē zelū, & omnē cōtentioem, omnēq; inuidiā veritati cōcurramus. Veritas em̄ deo chara est, & secundū dñi vocē quicunq; voluerit omniū primus esse, sit oīm minister. Et iter̄ dictū est. In hoc cognoscēt oēs q; mei estis discipuli, si dilectiōem habueritis ad iuicē. Postq; igit̄ tēpus recipit perfectā cōgregatiōem fieri. Adhortamur vestrā paternā beatitudinē per præsentē nostrām piā sacrā dirigere viros vtiles modestos, notitiā habentes totius deo inspirante doctrinā, & peritū irreprensibilē habentes dogmatū, indutos personā vestrā apostolica sedis, eiusq; cōciliū deferentes & libros q; oportet pferri, & omnē authoritatē habētes, quatenus cōuenientes cū hic posito sanctissimo ac beatissimiū patriarcha, & Macario sanctissimo patriarcha Theopolitanā ciuitatis pscrutent cū omni mansuetudine, & modestia, & per grām sancti sp̄us veritati infistere, & cōsentire munitiōem habentibus eis q; huc aduenerunt ex parte sedis vestrē per præsentē nostrā piā sacrā. Per deū em̄ omnipotentē nō est apud nos partis cuiuslibet fauor sed æqualitatē vtrisq; partibus cōseruabimus, nullatenus necessitatē facientes in quoq; capitulo eis qui à vobis diriguntur quoq; mō, sed & omni honore cū cōpetenti munificentia, & suceptiōe dīgnos eos habebimus, & siquidē vtricq; cōuenērint, ecce & bene, sinautē minime cōuenērint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus.

¶ De cætero nos excusantes in iudicio dei imminentē nobis iuxta qd cōstituti sumus seruare. A fidē sancta & immaculata quā percepimus vnoquoq; pprio sensu abundātē rationē redditū ri ante sanctū & terrible tribunal dei nři. Inuitare em̄ & rogare possimus ad omnē cōmentatiōem, & vnitatē oīm christianor;. Necessitatē vero inferre nullatenus volumus. Per personas vero q; dirigent à paterna vīa beatitudine ita decernat ex vestra qdē sc̄tā ecclesia, si vñiq; videat ei tres psonas, qd si & plures q;te ei placuerint dirigat. De cōcilio vero vñq; ad. xiiij. metropolitas ep̄os. De q;tuor vero monasterijs Bizanteis. Ab vñq; monasterio monachos q;tuor. Nā si receperit tēpus (vt dictū est) pfectā cōgregationē studiūsemus facere, sed qm tēpus nō admittit, deus aut noster, pprio cōsilio ptulit qd nos differebamus in hoc tpe. Per oīa

G g iubemus

## Sexte synodi Constantinopolitane.

lubemus vestram paternam beatitudinem minime effici impedimentum voluntati dei, sed eos dirigere, sic enim speramus in eius benignitate, quoniam quod voluerit homini capitulum moueri in presenti per spiritum sanctum concedere habet, ut veritas clareat, & instruant oes sine schismate atque contentione veritatem profiteri, & uno ore uno corde glorificare nos oes eius bonitatem, tacere quod hoc terrible existimamus, ut ne plebs quod vestimenta sacrificet, accedit ad sanctas dei catholicas & apostolicas ecclesias contrariis congregatioibus occupet considerans antistitutum ad inuidicem dissonantiam, multa enim nobis instantia fecerunt tam hic sanctissimus patriarcha quod Macharius sanctissimus, patriarcha Theopoleos, ut ejusceret Vitalianus beatissimus dyptichis, afferentes Honoriū memorare in dyptichis, propter honorē apostolicae sedis antiquae nostra Romae, nam non acquiscere ut memorant patriarchae quod postmodum fuerunt in predicta sancta Ro. ecclesia, donec cognitio & satisfactio, pueniat verbos, de quibus cotidie inter vrasq; sedes, & ita vera paterna beatitudine consequenter memoret, sed hoc nos non acquisimus. i. ut ejusceret idem Vitalianus de dyptichis. Hoc quidem ut oem & qualitatē seruantes, & vrasq; orthodoxos habentes. Hoc autem & propter collatā nobis charitatē ab eodem Vitaliano dum superset in motione tyrannoꝝ nostro, sed sic polliciti sumus predictis sanctissimi patriarchis, quod pro oia dirigit vera paterna beatitudo hoies quod debeat conquirere, cum ipsis, & tunc secundum quod claruerit perfecta dispositio fiet. Nam autem hoc nullo modo nos acquiscere, ut idem sanctissimus. Vitalianus ejusceret. Hec cognoscens vera paterna beatitudo studeat seq; voluntatem dei, sicut predictum est spem habemus in coronatore nostro deo, quod dum prouiderit super hoc feruentem nostrum affectionem, eius benignitas etiam ingruentes nobis perturbatores gentium sedabit. Omnes vero cōcursum venientium iussimus praebere Theodoꝝ gloriosum patritium & exarchum Christo amabilis nostra Italia, puinciatā in nau, quod in expensis & omni utilitate eorum, & si necessitas exigerit etiam castellatos dromones praebere ad eorum munimen, ut ex omnibus illis & sine periculo deo cooperante iudeat ad nos perducantur. Et subscriptio. Diuinitate seruet per multos annos sanctissime ac beatissime pater.

Dialis sacra directa ad Georgium sanctissimum archiepiscopum huius magnae  
Constantinopolitanæ urbis nouæ Romæ. Et superscriptio.

**B**I N nomine dei & saluatoris nostri Iesu Christi, Imperator pius pacificus Flavius Constantinus fidelis in Iesu Christo deo Georgio sanctissimus, ac beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos, & vniuersali patriarchae, Data ergo Idus Septemb. Constantinopoli, imperante domino priusissimo perpetuo Augusto Constantino imperatore, anno. XXVIII. & post consulatum eius anno. XII. ¶ Quanquam sollicitudinibus tam militaris quodque ciuilibus indefiniter nostra serenitas coartetur, Attamen oes Christo amabiles nostrae reip. causas insequendo ob Christianam nostram fidem ponentes, quod & in bellis pugnatrie tam nostri quodque Christo dilectorum nostro exercitu habeimus, necessarium iudicavimus presenti nostra pia sacra ad vestram paternam beatitudinem, ut per quam adhortantes eam sancimus congregare vestram paternam beatitudinem, omnes quod ad eius sanctissimam sedem pertinet sanctissimos metropolitas & episcopos in hac a deo conservanda nostra regia urbe, quatenus cooperante opotete & misericorde deo nostro diligenter inq[uis]itio dogmatis sitat. Quod olim ante multum tempore exortum est de voluntate & operacione in dispensatione incarnationis unius de sancta trinitate domini nostri Iesu Christi veri dei nostri, quod & dissidium non minimi per quasdam personas sancte dei ecclesiæ intulit. Innotescere quodque super hoc & Macario venerabili archiepiscopo Antiochenæ magnæ ciuitatis, quatenus & ipse de propria synodo deo amabiles metropolitanos & episcopos preparatos faciat per hoc ipso huc congregari. Iam enim super hoc adhortati sumus perpios nostros apices adhuc inter viuos existente, & Domo sanctissimum apostolicæ sedis antiquae Romæ presule, & illo de hoc seculo migrante Agatho sanctus nup ordinatus papa in apostolica seded predictæ antiquæ Romæ homines nostros pios suscipientes apices destinavit in presenti, propria eius intenditos personam Theodoꝝ & Georgium deo amabiles prebyteros. & Iohannem deo amabilem diaconi ex persona vero totius eius concilij Iohannem, & Abundantium, & Iohannem venerabiles episcopos ceteris clericis & monachis, quod debeant inuenire in predicto capitulo questionem, quod & nunc ad nostra concuerunt vestigia porrigitur nobis etiam duas suggestiones, una quidem sanctissimi Agathonis papæ, alia vero concilij eius. Sciens igitur vestra paterna beatitudo, quod primus, & principis, ut predictimus, hoc orthodoxe existit capitulum, festinet predictos venerabiles metropolitanos episcopos celeriter aduenire in hanc a deo conservandâ nostram regiam urbem, quatenus predictum tractetur capitulum, & maiorem donum datore, atque coronatore nostro deo cooperante, cauta atque orthodoxa diffinitio homini dogmati imponatur. Et subscriptio. Diuinitate seruet per multos annos sanctissime ac beatissime pater:

¶ Principium sancti Sexti Concilii.

¶ Acta sanctæ sextæ synodi apud Constantinopolim factæ aduersum eos qui impie docuerunt vnam voluntatem, & vnam operacionem in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi veri dei nostri unius de sancta & cōsubstantiali trinitate.

In nomine

# Actio prima.

Fo. XXXVIII.

**I**n noīe dñi dei & saluatoris nři Iesu Chři impantibus à deo coronatis, & serenissimis noīis  
stris dñis Flauis, Cōstātino qđe piissimo, & à deo decreto magno principe ppetuo Au-  
gusto, & imperatore, anno, xxvii. & post cōsulatū eius à deo instituta māluetudinis, an-  
no, xiiij. Heracleo vero atq; Tyberio à deo cōseruādē eius fratribus, anno, xxiij, die, vii.  
mēsis Nouēbris, indictiōis nona. Pr̄fidēte eodē piissimo & Christo dilecto magno impa-  
tore Cōstātino in secretario sacri palati qđ cognominat Trullus, & ex iussiōe eius à deo in-  
structa serenitatis, Pr̄sentibus, & audientibus Nicāta glorioſo excōſule patricio & magi-  
ſtro īperialiū officiorū, Theodoro glorioſo excōſule patricio & comite īperialis obsequiū, &  
substratæ Gothracie, Sergio glorioſo excōſule patricio, Paulo glorioſo excōſule patricio, Ju-  
lianu glorioſo excōſule patricio, & militari Logotheta, Cōstātino glorioſo excōſule patri-  
cio, & curatore īperialis domus Hormiſdæ, Anastasio glorioſo excōſule patricio, & locum  
agente īperialis comitis excubiti, Iohāne glorioſo excōſule patricio & questore, Polyeucto  
glorioſo excōſule, Thoma glorioſo excōſule, Paulo glorioſo excōſule & dispositore orienta-  
liū, puinciaꝝ, Petro glorioſo excōſule, Leōtio glorioſo excōſule, & domeſtico īperialis inēſe.  
¶ Cōueniēte qđ ſcta & vniuersali ſynodo qđ ſcdm īpiāle ſanctiōem cōgregata ē in hac à deo  
cōseruāda regia vrbe. i. Theodoro & Georgio venerabilib⁹ pb̄is, & Iohāne venerabili dia-  
cono vīcē agētibus Agathonis ſcti, ac beatissimi archiepi antiquę Romę, & Georgio vene-  
rabilis ac ſcti, archiepo magnæ cōstātinopoleos nouę Romę, & Petro deo amabili pb̄o, &  
monacho, & locū ſeruāte ſediſ magna ciuitatis Alexandrię, & Macario venerabili archiepo  
Theopoleos Antiochię, & Georgio religioso pb̄o, monacho, & apocrifario Theodori ve-  
nerabili vicari ſediſ Hierosolymorū, Iohāne epō Portuēſi, Abūdātio epō ciuitatis Paternen-  
ſis, Iohāne epō ciuitatis Regitanę locū pſentātibus. cxxv. venerabiliū epō ſcti cōciliū antiquę  
Ro. q & p p̄prias ſubscriptōes demōſtrant in ſuggeſtōe ab eis facta ad piissimū impatorē Cō-  
ſtātinū, & Theodori religioso, pb̄o, & locū agete Theodori deo amabilis archiepi Rauēnꝝ  
Bafilio epō Gortinę Iſulę Cretę, Theodoro epō Epheſi, Sifinnio epō Heraclię Thracēſis, Ge-  
orgio epō Cyzici, Petro epō Nicomedię, Focio epō Nicię, Iohāne epō Calcedonēſi, Theodo-  
ro epō Meletiēſi, Sifinnio epō Hierapoleos Phrigię, Macrobius epō Seleucię Hisaurię, Geor-  
gio epō Bizois Thracię, Grego. epō Mitylēſi, Sergio epō Sylibrię, Andrea epō Methymnę,  
Theognio epō Chaię, Georg. epō Camuliani, Antho. epō Ypepō, Genesio epō Anastaſiopol-  
eos, Platōe epō Cinnis, Iohāne epō Dafcyli, Theodoro epō Iuſtinapoleos Gordi, Theod.  
epō Veriſiſi, Stephano epō Heraclię pōti, Lōgino epō Cn, Domicio epō Plusiados, Salomo  
ne epō Claneu, Georg. epō Choēſi, Iohā. epō Myndi, Grego. epō Cātanēſi, Iohā. epō Lapis,  
Eolaios epō Zinonopoleos, Cōſtā. epō Dalifandu, Theodoro epō Olbis, Theophanius pb̄o  
& abbate venerabiliſ mōaſterij Sicilię, qđ cognoiat Baiaſ, Gerog. pb̄o & mōaſcho mōaſte-  
rij renati poſiti in antiq Ro. Conone & Stephano pb̄is & mōaſchis mōaſterij, qđ cognoiatur  
domus Arſitia poſiti ſilr in antiq Ro. Anastaſio pb̄o & mōaſcho oratoriōe hic ſiti uenerabi-  
lis patriarchi, & Stephā. pb̄o & mōaſt. diſcipulo Macarii uenerabiliſ archiepi Theopoleos  
Anthiochię. Reſidētibus glorioſis patricijs & cōfulib⁹ ex latere piissimi & Chřo amabilis nři  
impatoris Cōſtātini, & ex leua qđe ei⁹ pte reſidētib⁹ uenerabiliſ viciarii Agathōis ſcti, ar-  
chiepi antiq Ro. & quiq ex pſona ei⁹ ſynodi erāt deo amabiles epi, Theodoro pb̄o, & locum  
agēte Theodori deo amabilis epi Rauēnꝝ, & Bafilio epō ciuitatis Gortinę, & Georg. pb̄o &  
mōaſcho & apocrifario Theodori uenerabiliſ viciari ſediſ Hierosolymorū, & cāteris epiſ cō-  
ciliū ſctiſ, pape antiq Ro. Agathōis, A dextera vero eius pte ſilr reſidētibus Georgio ſctiſ, ar-  
chiepo Cōſtātinopoleos nouę Ro. & Macario ſctiſ, archiepo Theopoleos Antiochię, & Pe-  
tro deo amabili pb̄o mo. & loci ſeruatore ſediſ magna Alexādrina ciuitatis, & Theodoro  
epō Epheſi, & reliq deo amabilib⁹ epiſ tā q sub ſede ſctiſ, archiepi Cōſtātinopolitani, qđ  
ſctiſ, archiepi Theopoleos Antiochię, p̄poſitū ſi medio lacroſtis Chři dei nři euāgelijs, The  
odorus & Georgius deo amabiles pſby, & Iohānes deo amabilis diaconus locū p̄ntantes ſan-  
ctissimi pape apliſce ſediſ antiq Ro. Agathōis, necnō & q ex pſona ſynodi eius erāt, dixerūt:  
Benignissime dñe ſcdm directa ſacrā ab à deo inſtructa uſtre ſeruātis ad ſctiſ, papā demā-  
dati fūmuſ ad piſi, uſtrigia à deo cōſirmatæ uſtre ſeruātis vna cū eius ſuggeſtōe, necnō  
& cū altera eius ſynodica ſuggeſtōe ad æque facta ad à deo cuſtodiā ſtrā pietatē à ſubiacē-  
tibus & uenerabiliſ epiſ, qđ ſobtiliſ deo coronaſe fortitudini ſtrę. Qm̄ iſigf aň hoſ  
xlvi. plus minus annos qđa nouiſtates vocū cōtrarias orthodoxe fidei itroduxerūt q illo in  
t̄pſuerūt pſules huius regię, & à deo cōſeruādē uſtre ciuitatis. i. Sergius, Paulus, Pyrrhus, Pe-  
trus, necnō Cyrus qđa Alexādrīa ciuitatis antifites, Inſup & Theodorus ſuit epiſ ciuitatis,  
cuius vocabulū eſt Faran, & alij qđa eos ſecuti ſunt nō modice q p totū orbē terrarū eſi ec-  
clesiā turbauerūt vna volūtate in incarnatōis disp̄eſatōe vnius ſanctę trinitatis dñi nostri Iesu

Gg 2 Christi

## Sexte synodi Constantinopolitane.

**A** Christi vñāq operationem dogmatizātes, & docētes, & multo tēs seruili vñā q̄ scđm noseft  
aplica fede de hac repulsante dehinc supplicāte, & minime valēte vñq haētē à tali sensu pra  
ue æstimationis eos abstrahere, q̄sumus a deo coronatā vestrā fortitudinē, vt dicāt q̄ ex parte  
sunt p̄dicta sc̄tis, ecclesię Cōstantinop. vñ hmōi vocū adiuēta ē nouitas. Cōstantīn p̄iss. ipera  
tor dixit: Audiēs Georg. sc̄tis, archepūs à deo cōseruād̄ n̄f̄ huius ciuit. & Macari⁹ venerabi  
lis archiepūs Antiochen⁹ ciuit. & ei adiacēs synodus q̄ p̄te apl̄cā magnē Ro. sedis dicta sunt  
q̄ eis vidēnt̄, p̄sequant̄. Macarius deo amab. archiepūs Antiochic⁹ magnē ciuitatis vñā cū Ste  
phano religioso pb̄f̄, & monacho eius discipulo, cū eis vero & Petrus deo amabi. metropo  
litāt⁹ Nicomedic⁹, & Salomō deo ama. epūs Claneu, verba faciētes, tā p̄ sede huius sancte ma  
gnæ eccl̄i, q̄q; p̄ sede Antiochic⁹ dixerūt. Nos qđē vocū novitates nō æ didim⁹, sed q̄cq; p̄ce  
pimus, tā à sc̄tis vniuersalib⁹ synodis, & sc̄tis pb̄abilibus p̄ibus, q̄q; à p̄slibus huīus regia  
vribis. i. Sergio, Paulo, Pyrro, & Petro, necnō & Honorio q̄ fuit papa antiq̄ Ro. & Cyro, q̄ fuit  
papa Alexadriæ, hoc ē de volūtate & opatiōe, sic & credimus, & p̄dicamus & docem⁹, & pa  
ratī sumus de hoc oñdere. Cōstantinus p̄iss. iperator dixit: Si vultis nobis de hoc oñdere, nō ali  
ter vos suscipimus, nisi pb̄atōes p̄ferētes, quēadmodū dixitis à sc̄tis vniuersalib⁹ synodis &  
sc̄tis pb̄abilibus patib⁹. Macarius deo ama. archiepūs Antiochic⁹, & q̄ cū eo erāt, dixerunt:  
P̄issime dñe, iubero p̄ Chartofilacē huius sc̄tē magnē dei eccl̄i libros sc̄tāḡ synodoꝝ ex  
venerādo patriarchio in medio p̄ferri. Cōstantinus p̄iss. iperator dixit: Iubemus acta earundē  
sc̄tāḡ synodoꝝ vniuersalit̄ ex venerādo patriarchio à deo cōseruād̄ huius regia vribis cōfe  
stim p̄ cōpetentē Chartofilacē ad mediū deduci, atq; relegi. Et paululum egrediēs Georgius  
deo amabilis diaconus & chartofilax & veniēs in bibliothecā venerādi patriarchi, p̄tulit li  
bros sc̄tāḡ uniuersalit̄ synodoꝝ. Cōstantinus p̄iss. iperator dixit: Georgius religiosus diaconus  
& chartofilax codices q̄s p̄x manibus gerit sc̄tōꝝ cōcilioꝝ porrigat ad legēdū. Accipi  
ens Stephanus religiosus pb̄f̄ & mo. discipulus Macari⁹ uenerabilis archiepī Antiochic⁹ pri  
mū libꝝ gestor̄ sancte tertiae q̄ Ephesina prioris synodi relegit, & veniēs ad sermonē pro  
phoneticū, q̄ scriptus ē sancte memoria. Cyrillo Alexadriæ magnē ciuit. p̄sule ad Theodo  
siū p̄x memoriae iperatore, cuius ē initii: Qđ apud hoies qđē eminet, & post pauca, Fir  
mantū aut̄ imobile hmōi vestri deo amabilis & religiosus imp̄ij ipse dñs noster Iesu Chr̄s, p̄  
ipsum em̄ reges regnāt, & potētes decernūt iustitiā, sc̄d̄m qđ scriptū est, est em̄ eius ōpotens  
voluntas. Macarius sc̄tiss. archiepūs Antiochen⁹ ciuitatis dixit: Ecce dñe ostendī unā esse uo  
luntatē in Christo, & exurgentes q̄ locū p̄sentabāt apl̄cā sedis Romanā, & qđā ep̄b̄. sy  
nodi Constatinopolitanae, & gloriōsissimi iudices reclamauerūt, dicētes: Superflue, & non se  
cundū qđadiet Macarius uenerabilis archiepūs magnē Antiochen⁹ ciuitatis, & nūc relecto  
textu, uidet affirmare unā esse uoluntatē in diuabus naturis unius dñi nostri Iesu Christi, i. dei  
tatis eius & hūanitatis. Hoc em̄ sc̄tiss. Cyrillus in diuina ipsius dñi nostri Iesu Christi & ōpo  
tentissima eius natura accipiēs, scriptis, quā cū patre sancto sp̄ū cōem & ōpotentē habet. Pro  
pter qđ & ōpotentē eā, i. sancte memoria. Cyrus appellauit, alias, nec nūuerabiliter posu  
it eandem voluntatem unā. Etrelecto ex integro eodē lib. Cōstantinus p̄issimus iperator di  
xit: Et ille alter liber sancte tertiae synodi relegat, & accipiens Salomon deo amabilis diaconus,  
& notarius sc̄tiss. patriarchae Cōstantinopole os relegit à principio usq; ad finem. Con  
stantinus p̄issimus iperator dixit. Sufficienter nobis lectio in p̄senti die facta est, in q̄ si  
nē suscepēunt q̄ in sancta tertiae q̄ Ephesina priori synodo gesta sunt, in subsequēte uero, &  
quæ in sancta Calcedonensi quarta synodo acta sunt, nobis relegantur.

### Actio Secunda.

**B** Nō noīe dñi dei & salvatoris nostri Iesu Christi, iperatib⁹ à deo coronatis, & serenissimis  
noſtris dñis Flauis, Cōstantino qđē p̄issimo & à deo decreto magno p̄cipe p̄petuo Au  
gusto, & iperatore, anno. xxvii. & post cōsulatū eius à deo iſtitutæ māſuetudinē, anno  
xiiij, Heracleo uero atq; Tyberio à deo cōseruād̄is eius fratribus, anno. xxij, die. x. mēſis  
Nouēbris, indicōis nonæ, Pr̄fidēte eodē p̄issimo & Christo dilecto magno iperatore Cō  
stantino in secretario magni palati, qđ cognominatur Trullus, & ex iuſſōe eius à deo instru  
ctæ serenitatis, Pr̄sentibus, & audiētibus Nicēta gloriōso excōſule patricio & magistro im  
perialiū officior̄, Theodoro gloriōso excōſule patricio & comite imp̄ialis obſequi, & sub  
ſtrata Gothracię, Sergio glori. excōſule patricio, Paulo glo. excōſule patricio, Iuliano gl. ex  
cōſule patricio & militari Logotheta, Cōstantino glo. excōſule patricio, & curatore impe  
rialis domus Hormisdæ, Anastaſio gl. excōſule patric. & locū agente imperialis comitis excu  
biti, Iohanne gl. excōſule pat. & questore, Polycuctio gl. excōſule, Thoma gl. excōſule, Paulo  
gl. excōſule & disponente Orientalium, puinciar̄, Petro gl. excōſule, Leōtio gl. excōſule, &  
domestico imperialis mensa. Cōueniente autem & sancta ac vniuersali synodo que scđm  
diuinam

## Actio tertia.

Fo. XXXIX

diuinā sanctiōē cōgregata est in hac à deo cōseruandā regiā vrbe. i. Theodoro & Georgio venerabilibus pb̄is, & Iohāne venerabili diacono locū adimplentibus sc̄tiss. ac beatissimi archiep̄i antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili atq; sc̄tiss. archiep̄o huius magnæ Cōstantinopoleos nouæ Ro, & Petro deo amabili pb̄o, monacho & vicario sedis Alexadriæ magnæ ciuitatis, & Macario venerabili archiep̄o Theopoleos Antiochiae, & Georgio relig. pb̄o, monacho, & apocrisario Theodori venerabilis vicarij sedis Hieropolymor̄, Iohanne ep̄o ciuitatis Portuēlis, Abūdātio ep̄o ciuitatis paternæ, Iohāne ep̄o ciuitatis Regiēsis locum p̄ntantibus venerabilis synodi antiquæ Ro, cxxv. deo amabiliū ep̄o, q & p, pprias subscriptiōes declaran̄ in suggestiōe ab eis facta ad Cōstātinū p̄issimū magnū iperatorē, & Theodo ro relig. pb̄o atq; vicario Theodori deo amab. archiep̄i Rauēng, Basilio ep̄o ciuitatis Gorting Isulae Cretæ, Theodoro ep̄o Epheſi, Sifinnio ep̄o Heraclithraciæ, Georg. ep̄o Cyzici, Petro ep̄o Nicomediæ, Focio ep̄o Niciæ, Iohāne ep̄o Calcedone, Theodoro epi. Meletinæ, Sifin nio epi. Hierapoleos Phrygiæ, Macrobius epi. Seleucia Hisauricæ, Georg. epi. Bizois Thra cia, Georg. epi. Mithylenæ, Sergio epi. Sylibriæ, Andrea epi. Methymna, Theognio epi. Chj, Georg. epi. Camulianæ, Antho. epi. Ypēpō, Iohanne epi. Dascylj, Genesio epi. Ana stasiopoleos, Platone epi. Cinnæ, Theodoro epi. Iustinianopoleos Gordi, Theodo. episc. Veriflīs, Stephano epi. Heraclia p̄t̄i, Lōgino epi. Cij, Domicio epi. Plusiados, Salomone epi. Claneu, Georg. epi. Choensi, Ioāne epi. Myndi, Georg. epi. Cantani, Ioāne ep. Lapis, Eolalio epi. Zintonopoleos, Cōftā. epi. Dadiſandu, Theodoro epi. Olbis, Theophanio pref. & abbate venerabilis monasterij in Sicilia positi, qđ cognōia Baias, Georg. pref. & moacho monasterij renati positi in antiqua Roma, Conone & Stephano pb̄is & mona. monasterij, qđ cognōia domus Arſitiae positi sili in seniore Roma, Anastasio pref. & mo. oratorijs venerabilis huius patriarchij, & Stephā. pref. & mo. discipulo Macarij archiep̄i Theopoleos Antiochiae, Residētibus q̄q; tā gloriōfissimis patricijs & cōſulibus, q̄ oib⁹ venerabilibus & deo amabilibus epijs in eodē secretario Trulli, p̄p̄ positis in medio sc̄tis & intemeratis euangelijs. Paulus magnificus à secretis, & imperialis secretarius dixit.

¶ Meminit vestra pietas, & sc̄tā ac v̄lis vestra synodus, qđ in p̄terito cōuētu finita lectione gestor̄ sanctæ tertie Ephesini prioris synodi p̄uidit subsequēter & acta sanctæ q̄rtæ Calcedonēsis synodi relegi, & suggerimus ad qđ placuerit. Cōstātinus p̄iss. iperator dixit. Proferrant & acta p̄dictæ sanctæ q̄rtæ Calcedonēsis synodi, & corā n̄ro legant auditu. Et accipiens Antiochus, religiosus lector & notarius sanctiss. patriarchæ Cōstantinopoleos, primum librū eiusdē sanctæ Calcedonēsis synodi relegit, & relegēte eo eplām q̄ in eis cōtineat sc̄tē memoriq papæ Leonis magnæ ciuitatis Romanæ, & veniens ad textū in q̄ scriptū est. Agit em̄ vtraq; forma cū alterius cōione qđ, p̄priū habuit, verbo qđē operāte qđ verbi est, carne aut̄ exequēte qđ carnis est, & hoc vnu coruscat miraculis, aliud vero succubit iniurijs. Exurgentes q̄ ex parte apl̄cæ sedis erat antiqua Ro, reclamauerit. Ecce benignissime dñe manifeste duas naturales operatiōes incōfuse & indiuse in dño nostro Iesu Ch̄o, p̄fessiōis sc̄tissimus p̄redit p̄pter, cuius p̄ntē sermōem sc̄tā q̄rtæ synodus firmamentū orthodoxe fidei cōscriptis in dānatōe vniuersit̄ h̄arefis, vtpote p̄fessiōi beatę principis apl̄o Petri cōuenientē, & qđ p̄ hoc dignū sentit Macarius venerabilis & q̄ cū eo sunt deo amabiles viri dicāt. Macarius venerabilis archiep̄us Antiochiae dixit. Ego dñe duas operatiōes nō dico, sed nec sentio qđ beatę memoriae Leo p̄ hunc sermōem duas operatiōes dixerit. Cōstātinus p̄issimus iperator dixit. Sed vna operatiōem itelligis eū dixisse. Macarius venerabilis archiep̄us dixit. Ego n̄ueq; nō dico, sed dei virilē eius operatiōem sc̄dm sc̄t̄m Dionysii. Cōstātinus p̄issimus iperator dixit. Et quō intelligis dei virilē operatiōem. Macarius venerabilis archiep̄us dixit. Ego n̄ supiudico. Et relectis residuis eiusdē libri vsq; ad finē. Cōstātinus p̄issimus iperator dixit. Relegat & alius liber eiusdē sanctæ q̄rtæ Calcedonēsis synodi, & accipiens Antiochus religiosus lector & notarius eorundē actoꝝ lib̄ relegit. Cōstātinus p̄issimus iperator dixit. Sufficit & nūc p̄ sens lectio. In subsequenti vero & liber gestor̄ sanctæ quintæ synodi p̄feratur.

### ¶ Actio Tertia.

A N noī dñi dei & saluatoris nři Iesu Ch̄i impantibus à deo coronatis, & serenissimis noctis dñi Flauis, Cōstātino qđē p̄issimo, & à deo decreto magno principe p̄petuo Augusto, & imperatore, anno. xxvij. & post cōsulatū eius à deo institutā māluetudinis, anno. xij. Heracleo vero atq; Tyberio à deo cōseruādis eius fratribus, anno. xxij. die. vij. mēsis Nouēbris, indictiōe nona. Pr̄fidēte eodē p̄issimo & Christo dilecto magno iperatore Cōstātino in secretario sacri palati qđ cognominat̄ Trullus, & ex iussiōe eius à deo instructa serenitatis, Pr̄sentibus, & audientibus Nicæta gloriōso excōſule patricio & magistro iperialiū officior̄, Theodoro gloriōlo excōſule Patricio & comite impialis obsequiū, &

Gg 3 substrat̄

## XXXX Sexte synodi Constantinopolitane.

Substratę Gothracę, Sergio glorioſo excōſule patricio, Paulo glorioſo excōſule patricio, Iulia  
 no glorioſo excōſule patricio, & militari Logotheta, Cōſtantino glorioſo excōſule patricio,  
 & curatore impialis domus Hormisdę, Anastasio glorioſo excōſule patricio, & loci ſeruatore  
 impialis comitis excubiti, Iohāne glorioſo excōſule patricio & qſtore, Polyeucto glorioſo ex-  
 cōſule, Thoma glorioſo excōſule, Paulo glorioſo excōſule & diſpoſitore orientalitū puinciarę.  
 Petro glorioſo excōſule, Leōtio glorioſo excōſule, & domeſticō iperialis mēſe. ¶ Cōueniēte  
 aut̄ & iſtā ac vniuersali synoda q̄ ſecundū diuinā ſanctionē cōgregata eſt in hac à deo cōſeruā-  
 dare regia vrbe. i. Theodoro & Georgio venerabilibus pb̄ſis, & Iohāne venerabili diacono locū  
 adipleribus ſc̄iſſimi ac btſſimi archiepi antiq̄ Romę Agathonis, & Georgio venerabili atq̄  
 ſc̄iſſimo archiepo huius magnę Conftantinopoleos nouę Roma, & Petro deo amabili pb̄o,  
 monacho, & vicario ſedis Alexandrię magnę ciuitatis, & Macario venerabili archiepo Theopo  
 leos Antiochię, & religioſo pb̄o, monacho, & Apocrifario Theodori venerabili vicari ſedis  
 Hierosolymo, Iohāne epifcopo ciuit. Portuēſis, Abundatō eþo ciuitatis Paternę, Iohāne e-  
 pifcopo ciuit. Regiēſis locū p̄tantib⁹ ſenerabilis ſynodi antiq̄ Rome, c. xxv. deo amabili e-  
 pifcopoz, q̄ & p̄ pprias ſubſcriptioz declarant in ſuggeſtio ab eisſetā ad Cōſtantinū p̄iſſimū  
 magnū impatorē, & Theodoro religioſo, pb̄o atq̄ vicario Theodori deo amabili archiepiſ  
 copi Rauēnę, Baſilio eþo ciuit. Gortine Ifule Cretę, Theodoro eþo Epheſi, Sifinno eþo Hera-  
 clię Thracię, Georgio eþo Cyzici, Petro eþo nicomedię, Focio eþo Nicię, Iohāne eþo Calce-  
 done, Theodoro eþo Meletine, Sifinno eþo Hierapoleſ Phrygię, Macrobius eþo Seleucię Hi-  
 faurię, Georgio eþo Bizois Thracię, Georgio eþo Mithylene, Sergio eþo Sylibrie, Andrea eþo  
 Methymne, Theognio eþo Chię, Georgio eþo Camuliane, Antho, eþo Ypepon, Iohanne eþo  
 Dascylī, Genesio eþo Anaftasiopoleos, Platō eþo Cīę, Theodoro eþo Iuſtinianopoleos gor-  
 di, Theodo, eþo V eriſis, Stephano eþo Heraclei pōti, Lōgino eþo Cīę, Domicio eþo Pluſiados  
 Salomē eþo Claneu, Georgio eþo Choſi, Iohā, eþo Myndi, Georgio eþo Cātani, Iohā, eþo  
 lapis, Eolaios eþo Zinonopoleos, Cōſtan, eþo Dadisandu, Theodoro eþo Olbis, Theophanio  
 pb̄o, & abbate venerabili monaſi Sicilia poſiti qđ cognominat Baias, Georgio pb̄o, & mona-  
 cho mo naſt, renati poſiti in antiq̄ Ro. Canone & Stephano pb̄ſis & monac. monaſteri qđ cog-  
 noiatur domus Arſitę poſiti ſimil i ſeniori Roma, Anaftasio pref., & monacho oratorioḡ ve-  
 nerabiliſ huius priarchi & Steph. pref. & monacho diſcipulo Macarij archiepiſ Theopoleos  
 Antiochię. Residētibus q̄q; tā glorioſiſſimiſ patricijs & cōſulibus, q̄ oībus ſenerabilibus & deo  
 amabiliſ epis in eodē ſecretario trulli, ſpoſiſis in medio ſc̄iſ & intemeratis euāgelij. Paulus  
 magnificus à ſecretis & ipalſis ſecretariiſ dixit. Scđm qđ in ptō cōuentu interlocuta ē deo iſtru-  
 ta pietas v̄a ecce libros ſc̄iſ qnte ſynodi in manib⁹ habemus & ſuggerimus ad qđ placuerit.  
 Cōſtantinus p̄iſſimus impator dixit. P̄is Antioch⁹ religioſus lector & notarius ſuſcipiēſ librū  
 relegat, & accipiēſ aperieſ q̄i eundē librū exorſis eſt principiū p̄dicti libri q̄ ita continebat. Ser-  
 mo ſc̄iſ memoriaz Menę archiepiſ cōſtantinopoleos ad Vigiliū beatissimum papā Rom. de eo  
 qđ vna ſit Christi voluntas. Et exurgētes ligati apostolicz ſedis Romę exclamauerūt. Piſſimæ  
 dñz falsatus eſt p̄is liber qnta ſynodi, nequaq̄ relegat ſermo q̄ dicitur Menę ad Vigiliū, quia  
 fictus eſt, led iube diligēter aduertere p̄tēm librū. Satisficer ēm̄ habet p̄iſſimū vestrū ſp̄ciū, qā  
 nō eſt tūc t̄pis poſitus in exordio cū fierent acta in sancta v̄. Synodo iſte qui dicit ſermo Menę  
 ad Vigiliū nup appoſitus eſt in principiis p̄tis lib. eo q̄ xxii an. Iuſtiniani diua memoria obiit  
 Menas. Quinta aut̄ ſyno. xxvi. an. imperiū eius cōgregata eſt epifcopatum tenente huius regię  
 vrbiſ Eutichio venerabiliſ memoriaz, & inſpicieſ tā p̄iſſimus impator vna cū glorioſiſſimiſ  
 iudicib⁹ & qbusdā ex ſc̄iſ ſynodo deo amabiliſ epis, & aperiētes ac diſcernentes inueniēt  
 treſ ſternioneſ in principiō libri additoſ nō habēte ſubuorationē numeri q̄ ſecundū cōſuetu-  
 dinem affigil in quaternionib⁹, ſed in q̄to quaternione habente primū numerę, & in ſequenti  
 quaternione ſecundū & tertium atq̄ quartum ſubsequenter. Alias vero & diſſimiles eſſe literas  
 eorūdē in exordiū ſubmiſioz ſternioneſ, in qbus cōtinebatur ſermo q̄ dicitur Menę ad Vigiliū  
 à literis quae priuſ ſcripte ſunt in eodē codice. Cōſtantinus p̄iſſimus impator dixit, huiuſmodi  
 nō relegatur ſermo. Poſtmodū em̄ geſtoz eiusdē ſancta quintā ſynodi ordinabiliter relegat,  
 & relectus eſt primus liber. Cōſtantinus p̄iſſimus impator dixit, ſequenter & ſecundi libri ge-  
 ſtorum eiusdē ſancta quintā ſynodi lec̄to proueniat. Et accipiēſ Petrus religioſus diaconus,  
 & notarius ſanctissimi patriarche cōſtantinopoleos librū relegit, & dū relegereſ ſeptima actio  
 reperti ſunt in ea duo libri quaſi ex noīe Vigiliū ſancta memoriaz, q̄ fuit papa Romanus, vnuſ q-  
 dem ad Iuſtinianū p̄z recordatōiſ quōdam impatorē. Alter vero ad Theodorū p̄iſ ſeptima memoriaz  
 quondā auguſtā in qbus cōtinebat ita, Anathematizamus aut̄ & Theodorū q̄ fuit eþs Mopsue  
 ſt̄iſ tanq̄ q̄ alienus ſemp extiterit ab ecclesiis, & ſanctis parribus aduersarius, q̄ nō cōſiteſ incarna-  
 tum eſſe deū verbum, id eſt Christū eſſe vna ſubſiſtentiā, & vna personā, & vnam operationem  
 Et resur-

## Actio Quarta.

Fo. XL.

Et resurgent ite, legati apostolicæ sedis antiquæ Romæ, vna q̄ cū eis erant deo amabilibus vi-  
ris exclamauerunt dicentes. Nō faciat deus, dñe nō dixit Vigilius vna operationē, nō sunt libelli  
Vigili, falsatus ē hic liber, sicut exordia prīmi libri p̄tis qntæ synodi. Nā dñe si vna operatio-  
nem docuit Vigilius, & suscep̄t est à synodo, vt iq̄ & in definitōe eiusdē sanctæ quintæ synodi  
de vna operatōe vox habuit cōprehendi. Dū relecta ergo fuerit p̄fissim⁹ dñe ipsa definitio, inue-  
nit dñs oēm veritatē. Cōsequenter itaq̄ & secundū ordinē relecto eodem libro, ipsaq̄ defini-  
tiōe vsc̄ ad finē relecta nullomodo aliqd de vna operatōe in eadē definitōe inuenit⁹ est cōti-  
neri. Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, & Iohannes venerabilis diaconus legati  
sanctissimi pape antiquæ Romæ dixerunt. Petimus deo instructā vestrā serenitatē vt tēpeſtive  
prædictus liber examinē, vt adiumentio q̄ in eos facta est manifestet. Cōstantinus p̄fissimus im-  
perator dixit. Quod postulat⁹ est in subsequenti pueniat, p̄his vero liber vsc̄ ad finē legatur, &  
relectus est. Cōstantinus p̄fissimus imperator dixit. Cognitiōem prædictor⁹ synodico⁹ libro-  
rum p̄cipientes tam sancta synodus, quamq̄ glorioſissimi iudices edicant, si inuenitur definitū  
ab eisdē sanctis synodis ficut pollicitus est Macarius venerabilis archieps Antiochiae, & q̄ cum  
eo sunt religiosi viri demōstrare vnam voluntatē, & vna operatōem in incarnatōis dispensatōe  
dñi nostri Iesu Christi, Sancta synodus & glorioſissimi iudices dixerunt, ex lectione sanctorum  
concilio⁹ ficut nostis p̄fissimi nō inuenimus in incarnatōis dispensatōe vnius sanctæ trinitatis  
dñi nostri Iesu Christi vna voluntatē, & vnam operatōem. Constantinus p̄fissimus imperator  
dixit, Macarius venerabilis archieps, & q̄ cū eo sunt p̄sequan̄t seundū quæ ab eis promissa  
sunt paratū habēt, p̄ferre testimonia sanctoꝝ probabiliꝝ patrū, q̄ debemus approbare ficut pol-  
liciti sunt, vna voluntatē, & vna opationē in incarnatōis dispensatōe dñi nostri Iesu Christi, &  
hæc p̄ferant. Macarius venerabilis archieps Antiochiae, & q̄ cū eo sunt dixerūt. Secundū iussa  
vestrī iperij inducta à nobis data testimonia q̄ p̄ferre p̄missimus sc̄dōꝝ proferimus. Constanti-  
nus p̄fissimus imperator dixit. Macarius venerabilis archieps, & q̄ cū eo sunt hæc in subsequenti  
pagant. Georgius sc̄dissimus archieps cōstantinopoleos & q̄ sub eo est synodus dixerūt. Pi-  
fissime die petimus vestrā tranquillitatē suggestiōes directas ad à deo vestrā instructā fortitudi-  
nem tā ab Agathone sanctissimo papa apostolice sedis antiquæ Romæ, quāq̄ ab eius synodo rele-  
gant, vt auditū capiamus, quatenus cognitionē & nos accipiamus totius virtutis q̄ in eis cōtine-  
tur. Cōstantinus p̄fissimus imperator dixit. Quod à vobis postulat⁹ ē in subsequenti pueniat.

### ¶ Actio quarta.

**I**n nomine dñi dei & saluatoris nostri Iesu Christi imperantibus à deo coronatis serenissi- A  
mis nostris dominis Flauis Cōstantino qdem p̄fissimo, & à deo decreto magno principe  
perpetuo Augusto imperatore, anno. xxvij, & post cōsulatum eius à deo instructōe māſue-  
tudinis, anno. xiiij. Heracleo vero atq̄ Tyberio à deo cōseruandis eius fratribus, anno. xxij  
xv. die mensis Nouembris inductione nona. Præsidente eodem p̄fissimo & Christo dilecto ma-  
gno imperatore Constantino in secretario sacri palati quod cognominatur trullus, & ex iussi-  
one eius à deo instructōe serenitatis presentibus, & audientibus Niceta glorioſo exconsule patrī-  
cio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioſo excōſule patrīcio & comite im-  
perialis obsequiū, & substrate Gothracie, Sergio glorioſo excōſule patrīcio, Paulo glorioſo excō-  
ſule patrīcio, Juliano glorioſo exconsule patrīcio, & militari Logotheta, Constantino glorioſo  
exconsule patrīcio, & curatore diuinæ domus Hormisd̄, Anastasio glorioſo exconsule pa-  
trīcio, & locum agente comitis imperialis excubiti, Iohanne glorioſo excōſule patrīcio & q̄sto-  
re, Polyeucto glorioſo exconsule, Thoma glorioſo exconsule, Paulo glorioſo exconsule, & dis-  
positore orientalium prouinciarum, Petro glorioſo exconsule, Leontio glorioſo exconsule,  
& domeſtico imperialis mensi. Conveniente autem sancta ac vniuersali synodo, que p̄ im-  
periale sanctionē congregata est in hac à deo conseruanda regia vrbe, id est Theodoro  
& Georgio venerabilibus presbyteris, & Iohanne venerabili diacono locum præsentantibus  
sanctissimi, ac beatissimi archiepiscopi antique Romæ Agathonis, & Georgio veterabili at-  
que sanctissimo archiepiscopo magnæ Cōstantinopoleos nouæ Romæ, & Petro deo ama-  
bili presbytero, & monacho vicario sedis Alexandriæ magnæ ciuitatis, & Macario sanctissi-  
mo archiepiscopo Theopoleos Anthiochiae, & Georgio religioso presbytero monacho, &  
apocrisario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, Iohanne ep̄o ciuitatis portu-  
ensis. Abundantio ep̄o ciuitatis paternæ, Iohanne ep̄o ciuitatis regitante locum præsentantibus  
venerabilis synodi. cxxv. deo amabilum ep̄iscoporum antiquæ Romæ, q̄ & per proprias sub-  
scriptiōes declarant⁹ in suggestiōe que ab eis facta est ad principē p̄fissimū Cōstantinū, & theo-  
doro religioso pb̄o & loci p̄fposito Theodori deo amabilis archiepi Rauenne, Basilio ep̄o ciui-  
tatis Gortinæ Insula Cretæ, Theodoro epis. Epheſi, Sifinno epis.co Heraclia Thracia, Ge-  
orgio epis. Cizici, Petro epis. Nicomedia, Fotio epis. Niciæ, Iohanne epis.co Calcedone.

Gg 4 Theo-

## Sexte synodi Constantiopolitane.

Theodoro ep̄ militan̄. Sisinnio ep̄ Hierapoleos Phrygiæ, Macrobius ep̄ Seleucie Hisatia, Georgio, ep̄ Bizois Thraciæ, Gregorio ep̄ Mitylenæ, Sergie ep̄ Sylimbriæ, Andrea ep̄ Methymnæ, Theogenio ep̄ Cij, Georgio ep̄ Camuliana, Antonio ep̄ Ypēpō, Iohāne ep̄ Dascylin, Genefio ep̄ Anastasiopoleos, Platōe ep̄ Cinne, Theodoro ep̄ Iustiniano poleos gordi, Theodoro ep̄ veritate, Stephano ep̄ Hierachij Pōti, Lōgino ep̄ tu, Dometio ep̄ Plusiados, Salomōe ep̄. Clanē, Georgio epi., Coenf. Iohāne epi., Myndi, Georgio epi., Catana, Iohāne ep., Lappis, Eolalio ep., Zinonopoleos, Cōstātino epi., Dalisandu, Theodo ro epi., Olibis, Teophanio p̄b̄o, & abbate venerabilis monastetij Siciliæ qd cognominatur Baias, Georgio p̄b̄o & monacho monasterij renati positu in antiq Roma, Cononæ & Stephano p̄sbyteris & monachis monasterij qd dī domus Arsitæ fili in antiq Roma cōstituti. Anastasio presb. & monac, oratoriog. huius venerabilis patriarchi, & Stephano presbyter. & monacho discipulo Macarij archiepi Theopoleos Antiochiae, & sedētibus tā gloriofissimis patri- cij, & cōsulibus q̄ oibis venerabilibus, & deo amabilibus epī in codem secretario Trulli p̄positis in medio sanctis & intemeratis Euāgelijs. Paulus magnificus à secretis, & imperialis secretarius dixit. Meminit à deo instructa vestra pietas q̄ in pto cōuentu dum legerent acta sancte quintæ synodi, Georgius sc̄tissimus archiepūs hui à deo cōseruādæ regiæ vrbis vna cum subiacenti synodo petiit vestrā p̄ijsimā fortitudinē, vt suggestiōes quæ factæ sunt tā ab Agathone sc̄tissimo papa antiq Romæ q̄ quæ à subiaceti ei synodo in p̄sentia vestræ pietatis & lctē v̄l̄s huius synodi relegi, & suggestimus ad qd placet. Cōstātin⁹ p̄ijsimus ip̄erator dixit, relegend. Et ,plata est in Græcis literis memorata, suggestionū interpretatio p̄ Diogenē ma gnificū à secretis, & Imperialē secretariū, & relecta est habens in verbis sic: Dñs p̄ijsimus, & se renissimis victoribus, ac triumphatoribus, amatoribus dei, & dñi n̄fi Iesu Christi Cōstantino maiori Imperatori, Hiracleo & Tyberio Augustis. Agatho ep̄us seruos seruox dei. Cōsiderati mihi humanæ vitæ diuersos angores, & ante deū qui vnuſ & verus est cū vehemētia fletuū ingemēti, vt cōsolatōem animæ fluctuati diuinæ miseratois impertiret instinctus, & de pfun do mceroris, & angustia potētia sue dexteræ subleuaret, magnū atq; mirabile cū indesinenti ḡræ actōe serenissimi dñi filij cōfiteor cōsolatōis opportunitate exhibere dignatus est p̄ijsimū trāquillæ māsuetudinis v̄ræ p̄positū, quæ ad stabilitatē diuinitus cōmissa Reip. Christianus cōcessit dignatio, vt iperialis virtus atq; clemētia deo p̄ quē reges regnāt, q̄ rex regū & dñs dñantū est, & curet, & q̄rat eius imaculatæ fidei veritatē, vt ab aplis, atq; aplicis est patri bus tradita inquirere vigilat̄, atq; vt vera traditio cōtinet instatissime desiderat in oibis ecclesiis obtinere, & ne quenq̄ tā pia lateret intētio audiētiū, hūanāe suspicio p̄terrere & stima tiū p̄tate nos esse cōpulos, & nō plena serenitate ad satisfaciendū sup euāgelicæ & aplice nr̄e fidei p̄dicatōe cōmunitos diuales apices ad apostolicę memorię Dōnū p̄tifice nr̄e pusillitatis deceſtorē cūctis populis ac ḡtibus p̄ nr̄m ministeriū patefecerūt ac satisfaciūt, q̄s ḡra sancti sp̄s iperialis lingua calamo de puro cordis thesauro dictauit cōmonētis, nō opprimētis satisfaciētis nō pterreūtis, nō affigētis sed exhortatis ad ea quæ dei sunt, sc̄dm dei inuitat̄is, q̄ & ipse cōditor oīm, ac redēptor cū posset in sue diuinitatis maiestatē in seculū veniendo mortales pterre, humanitatē magis inestimabilis clemētia humiliat̄ ad nr̄a descendēt̄ q̄s crea verat dignatus est & redimere, q̄ & Ip̄otanea de nobis vere de se fidei cōfessionē expectat, qd & btūs Petrus apostolor̄ princeps cōmonet. Pascite q̄ in vobis est gregē Ch̄ri nō coacte sed sp̄otaneę sc̄dm dei exhortat̄es. His itaq; māsuetissimi rex dñi diualibus apicibus aniatus, & ad spem cōsolatōis de p̄fundis angoribus alleuiatus sum meliori refectus cōfidentia paulat̄ q̄ per māsuetissime fortitudinis vestræ sacrâ dudū p̄cepta sunt efficaciter prōpt̄ obsequētia exhibere, vt psonas quales sc̄dm t̄pis huius defectum, ac seruili p̄uincia poterāt inueniri pro obedientiæ satisfactōe inquirere, & cum cōfilio cōfamuloy meoy eþorum tā de propinquā huius apostolicae sedis synodo quāq; de familiari clero amatores Ch̄iani Imperij, & sequēt̄ de religiosis seruis dei ad p̄ijsimā tranquillitatē vestræ vestigia p̄perarent hortarer, & nisi lōgius p̄uincia ambitus, in qbus humilitatis nr̄e cōciliū cōstitutū est tanti t̄pis, p̄elatōem in grueret olim hoc qd vix tandem nuncieri potuit studioſa obedientia noſter famulatus imple ret. Sed dum de diuersis p̄uincijs familiare nobiscū cōciliū cōgregaſ, & dum personas quasdā qdēm de hac seruili vestri serenissimi p̄incipatus Romana vrbe vel proximo dirigere, p̄curamus quasdā de lōge positis p̄uincijs in qbus verbū Ch̄ianfidei ab apostolicis exiguitatis meoy p̄decessoribus missi p̄dicabāt remeare p̄stolamur nō paruu tempor̄ cursus lapsus ē, vt corporales & gritudines mei famulatus silentio tranſā, qbus nec viuere licet, nec libet assiduis egrimonij laborat̄. Ideoq; Ch̄ianissimi dñi filij sc̄dm p̄ijsimā iussionē à deo pregenē māsuetudinis vestræ p̄ obedientia quā debuimus nō pro cōfidentia eos & sc̄iæ quos dirigimus p̄sentes confamulos nostros. Abundantiū Iohannē, & Iohannē reuerētissimos fratres noſtos

ep̄os

## Actio quarta.

Fo. XLI.

epos Theodorū & Georgiū dilectissimos filios nostros p̄syteros cū dilectissimo filio n̄o Io-  
hanne diacono, & Cōstantino subdiacono sc̄ē huius spiritualis apostolicæ sedis, necnō & Theo-  
dorū p̄syte & le gatū sc̄ē Rauēnatis ecclesiæ religiosos seruos dei monachos cū scripturaz cot-  
dis deuoōe curauimus demādere. Nā apud hoīes i medio gentium positos, & de labore corporis  
q̄tidianū vīctū cū summa heſitatioē cōquirētes q̄no ad plenū poterit inueniri scripturaz sc̄ia ni-  
fi qđ regulariter à sanctis atq; apostolicis p̄decessoribus, & venerabilibus qncq; conciliis definitā  
sunt cū simplicitate cordis, & fine abiguitate à patribus traditæ fidei cōseruamus vnū ac p̄cipiū  
bonū habere sp̄ optates atq; studētes, vt nihil de eis q̄ regulariter definita sunt minuat, nihil mu-  
tet, vel augeat, sed eadē & verbis & sensib⁹ illibata nobis custodian⁹ qbus portitoribus, & te-  
